

validis, frequentibus: quam inter Gallos illud, qui se prostrare  
somniaut ceteris animantibus, magnam libertate profitentur.  
Non solam amicitiam sic meretur, sed amorem etiam. quem  
a tuo quidem amico, nullo negotio impetrabit, nisi valde  
fallor. Si tamen est, ut fallax, quas ego hic ululas Athenas  
misi, aequi consule, ut profectas ab amico, cujus et affectus  
tibi et Παιεγγοια non nuper annotuit. Vale vir summe  
et has literas, quibus et anteriores aliquot, et in ijs tuas  
juxxi, ut a primordio rem relegas, ubi commodum erit,  
remitte. Haga Com. 20. Jan. 1635.

Effigiem quam postulasti Patris mei  
propediem habiturus es; in mora est  
lentissimus mortalium Mirevelbicus  
quem. urgere precibus et conviciis  
non desino. Cum lubrica sit aurigarum fides  
atque eò nunc fortasse magis, quod glacie vehantur,  
securior ero, si verbo indicaveris, <sup>semper</sup> has per latas fuisse.

Barlaeo. Vir Doctissime et amicissime.

[200].

Qui me diu tanquam pilam habent, ut occurrere tibi ad nausam  
soles, adeo inter Musas desidenti spatium invident, ut nec  
respirare sinant. Ut spiritum compendio ducam, sin-  
gultandum est, vel brevi tussicula excreandum, si quid  
pulmonem vellicat novi argumenti. Hinc in Laconismo  
sum, et epigrammate, ut quotidie vides, et ne febris ista  
intermittat, rursum hic videbis. Evasi semel in scaurontem  
longiusculum, quem nunc mitto, sed et captivi hunc et  
desultorie, interruptissimo conatu, quasi coniectavi, tibi  
utique destinatum, cum jam priora illa trique fortio  
mitterentur, sed ab epistola scilicet liminari, qua nunc  
angustior exit, tunc temporis imparatum. Admitte  
qua soles clementia tricas meas. Fecit spectaculi atro-  
citas, ut expleri paucis versibus non possem, et elegi  
porro metri genus quod Tragodiam deceret. quam licet  
fortuna secundi repetierit, ut elegantissimis versibus  
prosecutus es aminari tandem licet, fini proximam  
esse, postquam Nuncius in scaena stetit, cujus patres  
et personam egisse me ad calcem sensi. Vale vir  
Summe, et quod serio semper peto, ferre me non desino,  
quia ceteras immerentem cepisti. Haga Com. Pridio  
Id. Febr. CIOIDCXXXV.

Barlaeo.